



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnium Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Decimus octauus Antistes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

pulchro quasi viui hominis succrescerēt, & post felicē eius transitum anno cētesimo quinquagesimo, a Monachis peniculo contactū, nouum visum est stillare sanguinē. Floruit sub apostolico Martino primo, Imperantibus Constatino filio Eraclij & Martina cū filio Heraclona & Costate

Decimus octauus Antistes.

R Emaclus Albutij a Bezenhouia viri nobilissimi filij ex Matrina filia ducis Sabaudia, proponente Sigiberto, curā Traiectensium suscepit, anno salutis sexcētesimo quadragésimo quinto. Qui apud Sulpitium Bituricensem Episcopū, cuius supra memoriam fecimus, tyrociniū trāsfigens; pręterea omnibus numeris absolutissimo Eligio disciplina monastica imbuēdus traditus breui tēpore ita profecit, vt absente ob regis negotia Eligio, proximā abbati autoritatē vendicaret. Cuius consilio in Antistitē prouehi meruit, sed ab austeritate prima nihil omittens, plurimorū Monasteriorū pater pręter promiscui greges curā, totū se iuuādis discipulis impendit Quorum precipui fuerunt beatissimi martyres Theodardus & Lambertus, neq; non Halinus Confessor Aquitanicus atq; diuus Adolescens **Diu⁹ Trudo**. Qui Hasbanorum antiquissimū genus do adoleferēs, animū adhuc puer induxit, si literas medicis chadiocriter sacras attingere posset; nequaquā velle se rissimus.

644

60.

62. 2.

66. 1

70.

75. fol

Opidum
diui Tru-
donis

inani nobilitatis fumo gloriari, sed originē om-
nē deniq; seipsum in Monasterium quod fundo
suo cōstruere cogitabat, bona fide trāfferre. Su-
per quibus instructore angelo Remaclus doct^r
est: & accito adolescētulo, abi, inquit, & D. Clo-
dulpho Metensi Episcopo hoc perfer Epistoliū.
Is non ante remittet te, q̄ desyderij cōpos sacer-
dotio preclarus regrediaris, Successerūt omnia,
& penates reuisens, quę sapiēter proposuerat: sa-
pientius impleuit. Nā Monasteriū cōsummauit
religione & opibus magnificū, opidulū adijciēs
quod suo nomine autorē cōtestaretur, quod ho-
die quoq; diui Trudonis dicitur. Tāto indubie
excellētius, quāto Christiano vocabulo illustra-
tū est nō gētili, sacro, non prophano, qualia no-
stratia fere sunt omnia. Huius quondā puerulus
Encomiō effudi: quū Collectaneorū stipat^r exer-
citu, sublimis imperator, domū a Le. reuertere.
Accipe me reducem puerorū patria sancta
Auspicijs diui Trudonis splendida quondam
Accipe me numeris verum nullo ære beatum
Mnemnosynūq; istud laribus præfige paternis
Trudo sacer puerili olim sub fronte senilem
Canitiem indurus, studijs ac stēmate clarus
Post Monachi celsus vita, tua gloria gentem
Haf banam decorat, sicut carbunculus aurum
Vnio sepmentum, splendor Titanis olympū

Illustra pueros, quos ante altaria cernis
Poplite & attenta, mecum obsecrare querela
Ioppilie vero templū in honorē S. Amandi con-
secrauit & in Arduennā, fontē cruce suscitauit,
atq; populū Christo fidelē fecit. Qui Sigibertus
de prolis posteritate desperans, duodecim mo-
nasteria passim edificare mandauit: & coopera-
torem Grimoaldum maiorem domus esse volu-
it. Sed antistes sæcularium turbarum pertesus: in
Stabulanum monasterium, sanctitatis habitum
assumpsit, molemq; administrationis causatus,
secedere, q̄ preesse maluit, anno suscepti pontifi-
cū septimo. Floruit sub Apostolicis viris Marti-
no primo, Eugenio primo et Vitaliano. Imperā
te Cōstante. Excessit e viuis multis miraculis cla-
rus, tercio nonas Decēbres. Claruerūt beat⁹ Ber-
tuinus Molonēsis Monasterij, & Eloquius Val-
ciodorēsis institutor, atq; S. Echo Britāniē, qui
in Gallijs verbū dei vberimo fructu dissemit a-
uit, ¶ Decimus nonus Antistes.

Theodardus magni Baronis a Bauaria fili-
us ex filia Comitis Namurcensis, Rema-
clo suffectus (cuius sollicitudine ad hoc de-
uenit) & a S. Cuniberto Coloniēsi Archiepisco-
po cōsecratus est, anno salutis sexcētesimo quin-
quagesimo tertio. Qui vt erat affectus magnani-
mi fiducia a Tyrannis vsurpatū ecclesiæ patri-

Cedit Pō-
tificio &
in Stabu-
lans Mo-
nachum
agit

653

10.
1-